

dum eundem Host. et sequitur Abb. in dicto cap. *ex litteris*, quod et mihi placet, alia tamen ratione, scilicet, quia omnes illae, non consenserunt sponsalibus; quia si consenserant omnes, eadem ratio esset que in superiori casu, et sic videretur contrahere cum illa, quam cognovit. Secundò limita, quando promissit contrahere cum una ex pluribus; secus si dixisset pluribus mulieribus: *Consentio in vos omnes*, vel *promitto contrahere cum omnibus vobis*: nam tunc, licet mulieres omnes responderent: *Nos consentimus in te*, vel *contraheamus tecum*; non esset matrimonium cum illa, quam primò cognovit, etiam si una ex illis tantum esset apta ad contrahendum, cum illi soli non intendit se obligare in solidum; imò aequè aliis se obligare voluit, secundum Joann. And. in cap. *gaudemus, de divort.* col. 2. versic. *quid si catholicus*, et Socin. in l. *si fuerit*, D. *de rebus dub.* super glos. in verbo *legata*.

LEY X.—Que los padres non pueden desposar sus hijas, non estando ellas delante, o non lo otorgando (a).

Prometiendo, o jurando vn ome a otro, que rescibira vna de sus hijas por muger; por tales palabras como estas, non se fazen las desposajas, porque ninguna de las hijas non estan delante, nin sienten en el (1) señaladamente como en marido, nin el en ella. E esto es, porque bien assi como el matrimonio non se puede fazer por vno solo, otrosi nin las desposajas. Ca el matrimonio a menester, que sean presentes aquellos que lo quieren fazer, e que consienta el vno en el otro; o que sean otros dos que lo fagan por su mandado: e si el padre jurasse, o prometiesse a aquel quel auia jurado a el, que rescibira vna de sus hijas, que gela daria por muger; si despues nioguna de sus hijas non lo otorgasse, nin quisiesse consentir en aquel, a quien auia jurado su padre; por tal razon non las puede (2) el apremiar, que lo fagan de todo en todo (3), como quier que les pueda dezir palabras de castigo, que lo otorguen. Pero si aquel, con quien el padre quiere casar alguna dellas, fuesse atal, que conuiesse, e que seria assaz bien casada con el; maguer que la non puede apremiar que cumpla lo que el auia prometido, puedela desheredar (4): porque non agradece a su padre el bien quel hizo; e fazele pesar, non le obedesciendo. E esto se entiendo, si despues desto se casare ella (5) con otro contra voluntad de su padre, o si fizesse maldad de su cuerpo.

(a) L. 5, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEY X.—Si ego promitto, vel iuro, unam de filiabus tuis in uxorem ducere, et tu mihi idem promittas; si tuo mandato non vult filia parere, non contrahuntur sponsalia: sed si vir est decens, et non vult filia patri obedire; si alii contra voluntatem patris nubat, seu meretricetur, potest per patrem exheredari. Hoc dicit.

(1) *Non consienten en el.* Videtur probari hic, quod in contractu matrimonii requiratur simultaneus consensus, id est, quod simul et eodem tempore praestetur: pro quo facit Gloss. in l. *consensu*, D. *de action. et obligat.* et in l. 1. D. *de contrah. empt.* quae vult, quod etiam in contractibus, qui perficiuntur de jure gentium, requiruntur, quod consensus praestetur simul: et hujus opinionis etiam in matrimonio videtur fuisse Spec. in tit. *de spons.* col. 1. et 2. et etiam Abb. in cap. *dilectus*, eod. tit. Host. tamen in cap. *ex litteris* el 2. eod. tit. et in dicto cap. *dilectus*, tenet, quod in matrimonio contrahendo non requiritur, quod consensus praestetur simul eodem tempore; sed satis est, quod unus consentiat per prius, et duret in consensu, quando alterius consensus accedit ex post facto. et istud verius, et communiter tenetur, de quo vide Joann. de Palac. Rub. in rubr. cap. *per vestras*, col. 256. et probatur in cap. fin. *de procur.* lib. 6. et Jas. in l. *stipuler*, §. 1. D. *de verb. oblig.*

(2) *Non las puede el apremiar.* Neque dissentiente filio, tenerent

sponsalia, l. *filio*. 15. D. eod. et si filii sunt praesentes, et non contradicunt sponsalibus contractis per parentes, tenent sponsalia, ut in cap. unico, *de despons. impub.* §. fin. lib. 6. et idem si fuerunt absentes, et ignorantes, et postea ea tacite, vel expresse ratificaverunt, ut in dicto cap. unico, §. fin. et l. *in sponsalibus*, in fin. D. *de sponsal.* et est speciale, quando pater contrahit pro filiis: nam si alius, etiam tutor contraheret, requireretur expressus consensus, vel ratihabito, secundum Joann. Andr. in cap. 1. *de desponsat. impub.* lib. 6. et per Abb. in cap. *ex parte*, 1. not. *de restit. spoliator.*

(3) *Todo en todo.* Id est, vi, vel metu qui caderet in constantem virum: quia tunc matrimonium esset nullum, ut in cap. *veniens* 15. et cap. *cum locum* 14. *de sponsal.* timor verò reverentialis non sufficeret, ut hic, et in l. *si patre cogente* 22. D. *de ritu nupt.* et notat Abb. in cap. 1. *de despons. impub.* et licet de jure Civili filia cogebatur habere sponsum electum à patre, quando non erat indignus, vel turpis, ut in l. *sed quae patris* 12. D. *de sponsal.* de jure Canonico tamen non procedit, ut dicit Gloss. in dicto cap. 1.

(4) *Puedela desheredar.* Istam legem dicit singularem Rod. Suar. in repet. l. 2. tit. *de los casamientos, Fori Legum.* fol. 5. col. 1. et fol. 11. ejusdem repet. col. 1. ubi dicit eam famosam, et latissimè tractat de validitate hujus legis, et aliarum, tam Partitarum, quam Fori, et Ordini. Reg. prohibentium contractum matrimonii fieri à filia sine consensu patris; et an filia ante 25. annorum aetatem contrahens matrimonium sine consensu patris, incurrat vitium ingratitudinis, ut sic à patre possit exheredari? In qua questione communis opinio est, quod non possit exheredari, si nubat digno: si autem nubat indigno, sunt opiniones; nam Host. et Joann. Andr. et Abb. et communiter Doct. indistinctè volunt, quod non possit exheredari, ut ipsi dicunt in cap. 1. *de despons. impub.* tantum dicunt, quod possit exheredari, si turpem vitam elegerit, per text. in authent. *ut cum de appell. cognosc.* cap. 5. §. *si alicui* 11. collat. 8. nubendo tamen, licet indigno, non eligit turpem vitam; et sic est de mente eorum, quod non possit exheredari: Bald. tamen in l. *si pater*, C. *de sponsal.* in utraque lect. et in l. *neque filium*, C. *de nupt. tenet*, quod possit exheredari, si nubat indigno, motus per text. in l. 5. §. *si emancipatus*, D. *de honor. posses. contr. tabul.* et idem tenet Anton. de But. in cap. *accedens, de procurat.* et Petrus de Anch. consil. 21. incipit *pro solutione dubiorum*, 2. col. Roderic. verò Suar. ubi supra vult, quod his concurrentibus, scilicet, quod pater volebat filiam suam maritare cum homine statui suo convenienti, et ipsa recusavit, et postea matrimonium contraxit cum indigno, vel inimico parentum; quod tunc possit illam exheredare, maxime in ca. u. hujus legis, ubi pater promissit alicui filiam suam in matrimonium: et dicit se credere, hoc non adversari juri Canonico, motus ex doctrina Bald. in l. 1. §. *jus naturale*, D. *de justit. et jur.* et in l. *omnem*, C. *ad Tertul.* et ex aliis, quae ibi videre poteris; et quia lex Civili potest legem Divinam distinguere, et limitare in certis casibus, ut ibi latius per eum: et certè questio ista est satis dubia: nam Baldus, et caeteri, qui moventur ad tenendum, quod possit exheredari, si nubat indigno, moventur per dictum §. *si emancipatus*, qui §. est hodie correctus, ut dicit ibi Bart. et Salic. in l. *si ut proponis* C. *de nupt.* et Joann. de Imol. in cap. *accedens, de procurat.* Alex. in l. 1. col. 9. D. *solut. matrim.* per text. in dicta authent. *ut cum de appellat. cognosc.* §. *causas.* Istud tamen non obstat, quia de jure nostro Partitarum super hoc est dispositum, neque est aliqua lege Regni derogatum, imò comprobatur; nisi foris dicas, quod per l. 5. incipientem *uiglar*, tit. 7. *Part* 7. ista lex Partitarum sit derogata, conjuncta l. 8. quae ob hanc causam non induxit, imò prohibuisse videtur exheredationem, cum tantum ibi permittat exheredari filiam, si luxuriosè vixerit. Obstat tamen aliud, scilicet, quod jura Canonica hoc non attendunt, imò approbant matrimonium cum quocumque etiam indigno contractum, etsi fiat sine consensu patris: et sicut non valerent statutum, quod prohiberet matrimonium tali casu, cum hoc pertineat ad Canones, eo quod materia matrimonialis est Canonica, et non Legalis, cap. *tuam* 5. *de ordin. cognit.* Abb. in dicto cap. 1. et causa matrimonialis dicitur spiritualis, ut in Clem. *dispendiosam* 2. *de judic.* undè pariter non debet valere statutum imponens poenam contrahentibus, per l. *Sejus. et Agerius* 27. D. *ad Legem Falcid.* ubi Bart. et in hoc inclinat Philippus Decius consil. 251. quem vide col. pen. et fin. si non militat defectus potestatis in statuente, ita militat in contrahente, si cum indigno sicut cum digno. Cogita, quia passus est dubius, et licet opinio Roder. et aliorum cum eo, sit aequa, et obvians malis moribus; tamen contraria in puncto juris verior: si tamen matrimonium contraheret

LEY XII.—Que cuñadez nasce a los omes de las Desposajas, por que se embargan los Casamientos (a).

Allegança es, como cuñadez que nasce de los desposorios; e esta allegança llaman en latin publica honestatis justitia, segund dize en la ley deste Titulo que comiença: Diferencia (1). E esta atal es embargamiento, que defiende que las parientas del esposa non pueden casar con el esposo, nin otrosi ninguno de los parientes del esposo non pueden casar con la esposa, fasta quarto grado (b); e si casaren, deve ser deshecho el casamiento. E este derecho, touieron todos los omes por bien, que fuesse guardado por onestad (2) de la Iglesia, e por egualdad de los Pueblos; e por toller escandalo (3) de entre ellos. E tal allegança como esta se faze, tambien entre aquellos que se pueden casar de derecho, como entre los otros que lo non pueden (5) fazer: e esto se deve entender, si los desposados fuessen de hedad de siete años (5) cumplidos, o poco menos, de manera, que ayan entendimiento para plazerles las desposajas (6).

(a) L. 10, tit. 1, lib. 3 del F. R.

(b) Repetimos nuestra nota á la L. 4 de este título.

LEY XII.—Ex sponsalibus de futuro oritur impedimentum justitiae publicae honestatis; et hoc verum, si fiat à majoribus septennio, aut paulò minoribus, intellectum contrahendi habentibus: et impedit contrahendum, et dirimit jam contractum; etiamsi contrahentes illa sponsalia de jure contrahere nequibant. Hoc dicit.

(1) *Diferencia.* Suprà eod. l. 4. et vide ibi quae dixi: et non nascitur hoc impedimentum ex sponsalibus sub conditione contractis, cap. *unicum*, §. fin. eodem tit. lib. 6. si conditio non adveniat: vide Gloss. et Doct. ibi.

(2) *Onestad.* Quae semper in matrimonio consideranda est, l. *semper* 42. D. *de ritu nupt.*

(3) *Toller escandalo.* Haec potuit esse causa impulsiva, quia experientia docuit grandes brigas, seu rixas, ut inimicitias inter consanguineos exoriri, quando uni desponsatam aliquis de sponsi consanguinitate procurat habere, secundum Joann. And. in cap. *juventis, de sponsal.*

(4) *Non pueden.* Adde cap. *ad audientiam* 4. isto tit. *de sponsal.* et cap. *unicum*, ubi Gloss. eod. tit. lib. 6. et hoc fuit noviter decisum per dict. cap. *primum, de sponsal.* l. b. 6. nam ante illam decisionem contrarium tenebatur per text. in cap. *si quis desponsaverit* el 2. 27. q. 2. juxta expositionem antiquam, quod et tenebat S. Thom. 4. *sentent.* dist. 41 sequutus rationem naturalem, quae dicit, id quod non est, nihil efficere.

(5) *Siete años.* Vide supra eodem l. 6. et cap. *unicum, de desponsat. impub.* lib. 6. in prin.

(6) *Desposajas.* Adde dict. cap. *unicum, de sponsal.* lib. 6. et cap. 1. in princ. *de desponsat. impub.* eod. lib.

## TITULO II.

EL QUAL FABLA DE LOS CASAMIENTOS (a).

Casamiento establecio Nuestro Señor Dios, de ome, e de muger, en el Parayso, por las razones (1) que diximos en el comienço desta Partida. Pero los Santos Padres muestran otras, spiritualmente, por que tienen que lo hizo. La primera fue para cumplir la dezena (2) orden de los Angeles, que menguaron, cuando cayeron del Cielo por su soberuia. La segunda, por desuiar (3) pecado de luxuria; lo que puede fazer el casado, mas que otro ome, queriendo biuir derechamente. La tercera es, por auer mayor amor a sus hijos, seyendo cierto

clandestinè, tunc esset magis dubium, tam ex lege Tauri prohibente matrimonia clandestina, et permittente ob hoc filiam posse exheredari, quam ex eo, quia hoc casu lex procedit adjuvando adjectione poenarum jus Canonicum quoad prohibendum matrimonia clandestina, et pronuntiatum vidi in Regio Consilio secundum dict. l. *Tauri*, in matrimonio clandestinè contracto etiam cum digno sine voluntate patris: sed obstat doctrina Cald. et caeterorum in cap. 2. *de clandest. desp.* et Abb. in cap. 1. *de sponsal.* ubi refert Cald. Cogita, et vide l. fin. tit. 5. ead. *Part.* et quae ibi dixi.

(3) *Se casare con ella.* Quid si esset filius masculus? Vide infra l. proxima, in fine.

LEY XI.—En cuya escogencia deve ser, de dar, o de tomar alguna de las hijas, que desposassen sus padres.

Jurando (1), o prometiendo vn ome a otro, que rescibira vna de sus hijas por muger, segund dize en la ley ante desta, si ellas otorgassen, e consentieren en lo que su padre hizo, en escogencia (2) es del padre, que lo prometio, de darle qual quisiesse dellas. Esso mesmo seria, si el padre prometiesse primeramente, que daria su hija a alguno por muger, non diziendo señaladamente qual. Ca en su escogencia es del padre, de darle qual el tuviere por bien, e non la que el otro demandare. E si despues de la promission, el padre señalasse vna de sus hijas, nombrandola por su nome, por dargela, e el otro dixere, que non quiere aquella, mas alguna de las otras, quito es el padre (3) de la promission que hizo, e non le dara la otra, si non quisiere. E si ante que el padre señalasse alguna dellas, por dargela, se muriesse todas fueras (4) vna, maguer que non ouiesse voluntad de darle aquella, tenuto es de dargela, por cumplir la promission que hizo. E si aquel que ouiesse prometido de casar con alguna de las hijas de algun ome, yoguiesse (5) con alguna dellas, ante que gela el padre diesse, o señalasse, tenuto es de tomar aquella por muger. E si non quisiesse, deuelo apremiar (6) que la resciba. E lo que dize en esta ley, e en la de ante della, de las hijas, entiendese tambien de los hijos (7).

LEY XI.—Si pater jurat, mihi unam de filiabus suis, eis consentientibus, in uxorem dare, eligere potest quam maluerit; et si illam sic electam nolo, non tenetur aliam dare, imò solutus est à juramento: sed si omnes sunt mortuae praeter unam, illa est mihi danda. Item si ego ante electionem cum una earum coiero, illam compellor accipere in uxorem: et quod dixi de filiabus, idem de filiis. Hoc dicit.

(1) *Jurando, etc.* Habet ista lex ortum à notatis per Gofredum, et Hostiens. in cap. *ex litteris* el 2. *de sponsal.*

(2) *En escogencia.* Ut in regula, in *alternativis* 70. *de regul. jur.* in 6. §. *praeterea* 51. *Instit. de action. cum concord.*

(3) *Quito es el padre.* Ut in l. *si in emptione* 54. §. *si emptio* 6. D. *de contrah. emptione*, et in l. *cum is* 52. D. *de condict. indeb.*

(4) *Fueras una.* Facit l. 2. D. *de eo quod certo loco*, et D. *de solut. l. Stichum, aut Pamphilum* 95.

(5) *Yoguiesse.* Vide quae dixi supra eod. l. 9.

(6) *Deuelo apremiar.* Videtur approbare opinionem Gloss. in cap. *ex litteris* el 2. isto tit. *de sponsal.* sed vide quae dixi in dicta l. 9.

(7) *De los hijos.* Ut si contrahat sponsalia pro aliquo ex filiis: et adverte, quia etiam in filio, in quo est minor ratio, quam in filia, videtur approbare ista lex dispositionem l. 5. §. *si emancipatus*, D. *de honor. pos. contra tabul.* et quod dixi in filia supra l. proxima in fine, hic extendit ad filium: vide quae ibi dixi.

dellos (4), que son suyos. La quarta (5), por desuiar contiendas, e homezillos, e soberuias, e fuerzas, e otras cosas muy tortizeras, que nascerian por razon de las mugeres, si casamiento non fuesse. Onde, pues que en el Titulo ante deste fablamos de los Desposorios, que-remos en este dezir de los Casamientos, a que dizen en latin Matrimonios. E mostrar primeramente, que cosa es. E onde tomo este nome, e que pro viene del, e en que lugar fue establecido, e quando, e por que palabras, e por que razones, e en que manera se deve fazer, e quales pueden casar, e que fuerza ha el Casamiento, e que cosas embargan el Casamiento, o lo des-fazen maguer sea facho.

(a) LL. de los titulos 1, 2 y 6, lib. 3 del F. J. — LL. del tit. 1, lib. 3, del F. R. — LL. 1 y 2, tit. 33, lib. 7; LL. del tit. 2, L. 3, tit. 5, lib. 10, y LL. 6, 7, 8, 9 y 10, tit. 28, lib. 12 de la N. R.

## TITULUS II. DE LOS CASAMIENTOS.

- (1) *Por las razones.* Adde cap. *sicut* 2. §. *his ita*, 52. quæst. 2.  
 (2) *La dezena.* Hoc patet in cap. *hi duo* 55. de consecrat. distinct. 1. et per Gloss. 25. quæst. 1. in summa.  
 (3) *Por desuiar.* Ut infirmitas proua in ruinam turpitudinis honestate exciperetur conjugii, ut in dicto §. *his ita*, et sine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur, 26. distinct. cap. *deinde*, in fine.  
 (4) *Seyendo cierto dellos.* Ex conjecturis scilicet: nam aliàs non potest plenè probari, l. *Lucius* 85. D. *condit. et demonstr.*  
 (5) *La quarta.* Sunt et aliæ cause; ut pacis reformatio, et amicorum copiar, et diuitiar, que secundariò ex matrimonio oriuntur, ut per Gloss. 29. quæst. 1. in summa.

## LEY I.—Que cosa es Matrimonio.

Matrimonio es (1) ayuntamiento de marido, e de muger, fecho con tal entencion de beuir siempre en vno, e de non se departir; guardando lealtad cada vno dellos al otro, e non se ayuntando el varon a otra muger, nin ella a otro varon, biuendo ambos a dos. Pero si el matrimonio fuesse fecho por palabras de presente, segun dize en el Titulo ante deste, que fabla de las Desposajas; como quier que de suso dize en esta ley, que siempre deuen biuir en vno; razon ay, por que non seria assi. Ca si algun dellos quisiesse entrar en Orden (2), ante que se ayuntassen carnalmente, poderlo y a fazer, maguer el otro contradixesse: e despues que fuesse este atal entrado en Orden, e ouiesse fecho profesiõ, puede el otro casar (3) si quisiere. Mas si el matrimonio fuesse acabado, ayuntandose carnalmente, non podria ninguno dellos entrar en Orden, contradiziendolo el otro.

LEX I.—Matrimonium est maris, et fœminæ conjunctio cum intentione inseparacionis, et obseruantia mutæ castitatis; sed quamvis sit inseparabile, tamen, si non est carnalis copula subsequuta, potest unus conjugum, alio invito, religionem intrare: et eo professus, alius contrahere: sed copula sequuta, nequit unus, alio contradicente, religionem ingredi. Hoc dicit.

- (1) *Matrimonio es.* Concordat l. 1. D. *de ritu nupt.* et §. 1. *Inst. de patria potest.* et 27. quæst. 2. in summa, ubi et Gloss.  
 (2) *Entrar en orden.* Vide supra tit. 1. l. 4. in fin. et l. 8. in princ. et que ibi dixi.  
 (3) *El otro casar.* Adde cap. *verum* 2. *convers. conjugat.* et in authent. *de sanctis. Episcop.* §. *si vero constante* 49. collat. 9.

LEY II.—Onde tomo este nome Matrimonio: e por que razon llaman assi al Casamiento, e non Patrimonio.

Matris, et munium, son palabras de latin, de que tomo nome Matrimonio, que quier dezir tanto en romance, como officio de madre. E la razon porque llaman Matrimonio al Casamiento, e non Patrimonio (1), es esta. Porque la madre sufre mayores trabajos con los fijos, que el padre. Ca como quier que el padre los engendra, la madre sufre muy grand embargo (2) con ellos, de mientras que los trae; e sufre muy grandes dolores, quando han de nascer; e despues que son nacidos, ha muy grand trabajo en criar a ellos mismos por si. E demas desto, porque los fijos, mientras son pequeños, mayor menester han de la ayuda de la madre, que del padre. E por todas estas razones sobredichas, que caben a la madre de fazer, e non al padre, porende es llamado Matrimouio, e non Patrimonio.

LEX II.—Dicitur matrimonium, et non patrimonium: hoc ideò, quia mater, dum est prægnans, ut in partu, et nutriendo, majora sustinet onera, quàm pater. Hoc dicit.

- (1) *E non patrimonio.* Hæc habentur in Gloss. 27. quæst. 1. in summa, not. per Gloss. et Doct. in princip. *Instit. de patria potest.*  
 (2) *Muy grand embargo.* Ut in cap. *ex litteris, de convers. infidel.* et in dicto princ. *de patr. potest.*

LEY III.—Que pro viene del Casamiento: e quantos bienes son del.

Pro muy grande, e muchos bienes nascen del casamiento, segund es dicho en el Prologo desta quarta Partida. E avn sin aquellos, señaladamente se leuantan ende tres cosas (1), fe e linaje, e Sacramento. E esta fe es, lealtad (2) que deuen guardar el vno al otro, la muger non auiedo que ver con otro, nin el marido con otra. E el otro bien del linaje es, de fazer fijos para crescer derechamente el linaje (3) de los omes: e con tal entencion (4) deuen todos casar, tambien los que non pueden auer fijos, como los que los han. E el otro bien del Sacramento (5), es que nunca se deuen partir en su vida: e pues Dios los ayunto, non es derecho que ome los departa. E demas, cresce el amor entre el marido, e la muger, pues que saben, que non se han de departir; e son mas ciertos de sus fijos, e amanõs mas porende. Pero con todo esto, bien se podrian departir, si alguno dellos fiziesse pecado de adulterio (6), o entrasse en Orden (7) con otorgamiento del otro, despues que se ouiesse ayuntado (8) carnalmente. E como quier que se departen, para non biuir en vno, por alguna destas maneras, non se departe por esso (9) el matrimonio.

LEX III.—Tria sunt bona matrimonii, scilicet, fides, proles, et sacramentum. Fides consistit in mutua conjugum obseruantia castitatis: proles in filiorum procreatione; et hanc intentionem debet quilibet contrahens habere: sacramentum, ut in vita adinvicem non separentur: quia quos Deus conjunxit, homo non separet: propter adulterium tamen, et religionis ingressum de conjugis voluntate, sequuta copula, licet matrimonium non separetur, tamen separantur ab insimul vivendo. Hoc dicit.

- (1) *Tres cosas.* Adde cap. *omne*, 27. quæst. 2. et Host. in summa, *de matrimo.* §. *quare contrahatur, versic. porrò*, et adde Gloss. in cap. fin. *de condit. apposit.*  
 (2) *Esta fe es lealtad.* Hanc etiam fidem Aristoteles valde commendat 5.<sup>o</sup> *Oeconomicorum*, dicens, quòd Ulysses, deprecante ipsum Athlantis filia cohabitare secum, et promittente immortalitatem, et

beatum facere omni tempore; neque ut immortalis fieret consensus est, perdere uxoris amicitiam, et affectionem, secundum Bald. latius referentem in l. 1. in princ. *C. de privileg. dotis*, et ibidem dicit, quòd hæc fides thori conjugalibus similis est castitati, vel secunda species castitatis, l. *mulier* 22. §. *cum proponeretur* 4. D. *ad Trebel.*

(3) *Derechamente el linaje.* Non enim propriè dicitur proles, nisi sit ex nuptiis nata, ut in authent. *de nuptiis*, in princ. collat. 4. Bald. in dicta l. 1. in princ. *C. de privileg. dotis*, et ibi Alexand. in addit.

(4) *E con tal entencion.* Vide Gloss. in dicto cap. fin. *de condit. apposit.* licet tamen mulier sit vetuia, et non pariat, matrimonium tenet, l. *sancimus* 27. *C. de nuptiis*, Bald. in l. fin. *C. de sponsal.* col. 2.

(5) *Del sacramento.* Nam per matrimonialem copulam inducitur nexus divinus, qui vocatur fœdus matrimonii, et sunt duo in carne una, neque potest separari, nisi separatur anima a corpore, Genes. 2. cap. v. 24. Matthæi 5. et 10. cap. v. 5. dicit Apostolus 1. ad Corinth. 7. cap.

(6) *De adulterio.* Ut in cap. *significasti* 4. et cap. *ex litteris* 5. *de divor.* Matthæi dicto cap. 5. et 19. Marc. 10.

(7) *En orden.* Adde cap. *axoratus* 8. et cap. *ad apostolicam* 13. cum aliis, *de convers. conjugat.*

(8) *Despues que se ouiesse ayuntado.* Nam si hoc eveiret ante copulam, dissolveretur etiam vinculum matrimonii, altero proficiente religionem, ut notat Glos. in cap. *verum*, *de convers. conjugat.*

(9) *Non se departe por esso.* Ut in cap. *ex parte, de sponsal.* et in dictis cap. *de convers. conjugat.*

LEY IV.—En que logar fue establecido el Matrimonio, e quando, e por que palabras, e por que razones.

Parayso terrenal, es logar o fue primeramente (1) establecido el casamiento: e fue fecho ante que Adan pecasse (2), segun dize la primera ley deste Titulo. E segund muestran los Santos Padres, si se ouiesse guardado de pecar, fizieran los omes, e las mugeres, fijos sin deleyte (3), e sin cobdicia de la carne. E las palabras porque se fizo el casamiento, son aquellas que dixo Adan quando vio a Eua su muger, segund dize en el Titulo de las Desposajas: que los huessos (4), e la carne della, que fueran del, e que serian ambos como vna carne. Ca non se fizo por las palabras, que algunos cuydaron, quando bendixo Nuestro Señor a Adan, e a Eua, e les dixo: Creced, e amuchiguadvos (5), e henchid la tierra. Ca estas palabras non fueron si non de bendicion: e demas, las otras porque se faze el casamiento, eran ya dichas primeramente (6). E las razones por que el casamiento fue establecido, mayormente son dos. La vna, para fazer fijos, e acrecer el linaje de los omes: e por esto establecio Nuestro Señor Dios el casamiento en el Parayso primeramente, segund que es sobredicho. La otra, para guardarse los omes de pecado de fornicio: e esta establecio Sant Pablo (7), por gracia de Spiritu Santo, segund dize en la primera ley deste Titulo. E como quier que por estas razones (8) se mueuen los omes a fazer casamiento; assi como por toller enemistad entre los linajes, o por fermosura de las mugeres, o por las riquezas que han, o porque son de grand linaje; pero señaladamente fue establecido, e se deve fazer, por las dos razones sobredichas, segund Dios, e segund ley.

LEY IV.—In Paradiso terrestri fuit institutum matrimonium ante peccatum primi parentis per verba Adæ dicentis: Hoc nunc, os ex ossibus meis, et caro ex carne mea; et sequitur: Et erunt duo in carne una. Et scias, quòd si Adam non peccasset, in conceptu libido non fuisset. Et fuit inventum matrimonium ad liberorum procreationem, et ad evitandam fornicationem. Hoc dicit.

(1) *Primeramente.* Ut supra in proœmio hujus *Partitæ*, et in summa hujus tituli 2. et adde cap. unicum, *de voto*, lib. 6.

(2) *Que Adan pecasse.* Ut patet Genes. cap. 2. v. 25. et habetur in dicto cap. unicum, *de voto*, et per Gloss. 27. quæst. 1. in summa.

(3) *Sin deleyte.* Ut in §. *his ita*, in cap. *sicut*, 27. quæst. 2.

(4) *Que los huessos.* Illa scilicet: Hoc nunc, os ex ossibus meis, etc. Genes. cap. 2. vers. 25. et 27. quæst. 2. cap. *lex divina* 18. Gloss. in dicto cap. unicum, *de voto*, lib. 6. et 27. quæst. 1. in summa, et de istis verbis vide eleganter per Hostiens. et Joan. Andr. in cap. fin. *de frigid. et malefic.*

(5) *Creced e amuchiguadvos.* Vide Gloss. 27. quæst. 1. in summa.

(6) *Primeramente.* Vide dictum §. *his ita*, 52. quæst. 2. et Gloss. in summa 27. quæst. 1.

(7) *Sant Pablo.* Dict. cap. 7. ad Corinth. 1. v. 2.

(8) *Otras razones.* Hoc tradit Gloss. 27. questione 1. in summa.

LEY V.—En que manera se deve fazer el Casamiento (a).

Consentimiento (1) solo, con voluntad de casar, faze matrimonio entre el varon, e la muger. E esto es por esta razon: porque maguer sean dichas las palabras, segund deuen, para el casamiento, si la voluntad de aquellos que las dizen non consente (2) con las palabras, non vale el matrimonio, quanto para ser verdadero: como quier que la Iglesia judgaria (3) que valiesse, si fuesse las palabras prouadas, por razon, que fueran dichas, en la manera que se faze el casamiento por ellas; non se prouando, que las palabras fueran dichas en otra manera (4), que por voluntad de casar, assi como si fuesse dichas por juego, o por mostrar por que palabras se puede fazer el casamiento. Pero razon y a, en que se podria fazer el matrimonio, sin palabras, tan solamente por el consentimiento. Esto seria, como si alguno casasse, que fuesse mudo (5): ca maguer que por palabras no pudiesse fazer el casamiento, poderlo y a fazer por señales, e por consentimiento. Ca tanto fazen las señales, que demuestran el consentimiento entre los mudos, como las palabras, entre aquellos que pueden hablar. Esso mismo seria en los sordos, que non oyen ninguna cosa (6). E maguer que de suso dezia en esta ley, que el matrimonio se faze tan solamente por el consentimiento; si aquellos que lo hacen pueden hablar, conuiene que lo fagan por palabras, porque se pueda prouar (7), si menester fuere. E puede fazer el matrimonio, por aquellos mismos que casan, o por sus parientes, o por mensajeros de sus casas, o por otros estraños, que lo fagan con mandado dellos (8). E deuesse fazer manifestamente, porque se pueda prouar, e non encubierto.

(a) L. 1, tit. 1, lib. 3 del F. R.

LEX V.—Solo consensu per verba de præsentibus contrahitur matrimonium: quo deficiente, licet adsint verba, non est matrimonium; licet Ecclesia secundum verba iudicet: ideò loqui valentes, debent verba exprimere: surdus autem, et mutus possunt per signa contrahere consensum demonstrantia: et possunt hoc facere per se, vel per alios eorum mandato: et fiat publicè, ut probari possit. Hoc dicit.

(1) *Consentimiento.* Concordat cap. *sufficiat* 27. quæst. 2. et cap. fin. *de sponsa duorum*, l. *nuptias* 50. D. *de reg. jur.* l. 2. D. *de ritu nupt.* cap. *cum locum* 14. *de sponsal.*

(2) *Non consente.* Quid si de hoc procedat protestatio ante contractum matrimonium? Vide Gloss. in cap. *tua nos, de sponsal.* et Felin. in cap. *cum M. Ferrariensis*, col. pen. *de constit.*

(3) *La Iglesia judgaria.* Ut in cap. *tua nos* 26. et ibi Doct. *de sponsal.* nam ut dicit Ricard. 4. *sentet.* distin. 27. art. 71. probatio de interiori dissensu est ita difficilis, quòd est impossibilis: vide tamen